



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs III. Vtrum superiores Angeli intelligent per species magis
vniuersales quàm inferiores. artic. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

Atque ad probat̄onem huius, que vlt̄rius subiungit negari debet, quando pluralitas infert maiorem perfectionem, infinitatem inferre infinitam perfectionem. Vna namque species finita superioris ordinis habere potest habitudinem repräsentantis, quantum est ex se, infinita, & quipollēcū poterit infinitis speciebus inferioris ordinis in repräsentando: tales autem sunt species Angelorum. Neque enim necesse est, ut qualis est portio quoad multitudinem eorum, quæ repräsentantur per unam speciem, ad ea quæ repräsentantur per aliam, talis portio sit quoad perfectionem essentiale inter species ipsas inter se, ut ex iis que quæst. 12. art. 1. s. & præfertim 8. satis est manifestum: quæ, ne repetitio ne fasidium pariant, non refero.

Ad secundū.

Ad secundum neganda est minor. Ad probationem dicendum est, repräsentare illis intuitiūe solūm extrema, quando tamen actū existunt, & non antea, aut postquam existere desierunt, ut dictum est: quemadmodum autem nos per notitias intuitivas extremon cognoscimus certā complexiones contingentes, ut Petrum federe, quando fedet, loqui, aut ambulare, quando loquitur, aut ambulat, quia intuitiūe cognoscimus unum extremon coniunctū esse, aut non esse coniunctū cum altero: sic etiam Angelii eodem modo eas cognoscunt.

Ad tertium.

Ad tertium concessio antecedente, neganda est consequentia. Ad probationem dicendum est, ad notitiam intuitiūam satis esse, si penderit à præsentia obiecti tamquam à conditione sine qua non. Species namque, quæ ad talem notitiam inservit, cuius est natura, ut quamvis in se eodem modo se habeat in præsentia, & absentia obiecti, non tamen producat notitiam, nisi cum adeo obiectum: eo quod, ut operetur, ab eo penderit tamquam à conditione sine qua non, ut explicatum est.

ARTICVLVS III.

Vtrum superiores Angelii intelligant per species magis vniuersales, quam in-
feriores.

SERMO est hoc loco de speciebus magis vniuersalibus in repräsentando, ita scilicet, ut ea species magis vniuersalis dicatur, quæ extendit ad repräsentandas plures naturas specificas simul ac vnitè, & quoad propria singularium.

Quæstio hac solum habet locum, posito quod Angelii non accipiāt species à rebus, sed à Deo per infusionem. Species namque à rebus desumptæ pro diueritate obiectorum, à quibus efficienter proximè, vel remotè producuntur, & quorum sunt imagines, necessariò distinguuntur inter se specie.

Conclusio D. Thomas est. Angelii quod superiores, & perfectiores sunt, eo per pauciores & vniuersaliores species obiecta intelligent. Hanc probat, quoniam ex eo aliqua superiora & perfectiora sunt in cibis, quod sunt Deo propinquiora & similia, ac proinde substantiae intellectuæ eō sunt perfectiores & superiores, quod sunt Deo propinquiores & similiares in intelligendo: sed Deus omnia intelligit per vnicam rationem intelligendi, nempe per suam essentiam concurrentem cum suo intellectu in modum speciei intelligibilis: ergo quod Angelii superiores fuerint & perfectiores, eo magis ad hunc intelligendi modum accendent, atque adeo eo

A per pauciores & vniuersaliores species intelligent. Confirmat eandem conclusionem in argumen-
to sed contra, ex illo Dionysij 12. cap. coelestis Hierarchia. Superiores Angelii participant scientiam magis in vniuersali, quam inferiores. Deinde in corpore articuli, quia inter nos, qui hebetioris sunt ingenij, singulorum explicatione speciatim indigent: i) ve-
rò, qui acutioris sunt ingenij, ex paucis multa in-
telligent.

Scotus in 2.d.3.q.10. in contraria est sententia, as-
severatque unam speciem intelligibilem, unam
tantum naturam posse repräsentare, idēc ut pro-
batur, argumentatur primo, quoniam una ratio co-
gnoscendi unum habet obiectum primarium, in ra-
tione obiecti primarij, sibi adæquatum, in quo pro-
inde continentur reliqua, quorum ea est ratio co-
gnoscendi: adeo namque essentia diuina est diuino
intellectui vniqa ratio cognoscendi omnia, quia ha-
bet unum primarium obiectum adæquatum, in
quo & continentur, & cognoscuntur à diuino in-
tellectu cetera omnia, nempe candem essentiam diuinan: sed in singulis speciebus, quæ in Angelis
repräsentarent diuersas naturas specificas, non cor-
respondet unum obiectum primarium eis adæ-
quatum, in quo formaliter, aut eminenter conti-
nentur a omnia, quæ tales species repräsentarent:
ergo esse nequeunt in Angelis eiusmodi species.

Secundò, omnis una ratio intelligendi potest ha-
bere aliquem unum actum intelligendi sibi adæ-
quatum: sed species repräsentans simul multas na-
turam, habere non potest unum actum intelligendi
sibi adæquatum: quia tunc intellectus intelligeret
multa simul, quod D. Thomas negat posse fieri: er-
go in intellectu Angelico esse non potest species,
qui simul repräsentat multas naturas.

Tertiò, omnis una ratio intelligendi potest ha-
bere aliquem unum actum intelligendi sibi adæ-
quatum: sed species repräsentans simul multas na-
turam, habere non potest unum actum intelligendi
sibi adæquatum: quia tunc intellectus intelligeret
multa simul, quod D. Thomas negat posse fieri: er-
go in intellectu Angelico esse non potest species,
qui simul repräsentat multas naturas.

Quartò, omnis intellectus creatus potest cogno-
scere habitualiter unum obiectum sine quocumque
aliо: sed si eadem species in angelo repräsentans simul tantas naturas, intellectus angelicus non potest
habitualiter cognoscere unam eartum naturarum
sine alia: eo quod in specie cognoscatur habitualiter id omne, quod per eam repräsentatur: ergo non
datur talis species in intellectu angelico.

Aureolus etiam apud Capreolum in 2. distin.,
quæst. 2. ad argumenta contra septimam conclusio-
nem, argumentatur in hunc modum. Si opinio D.
Thomas esset vera, dari posset Angelus, qui intelli-
gere posset omnia per suam substantiam: quod ta-
men est proprium Dei, contrariūque docuit D.
Thomas artic. 1. huius questionis. Consecutio pro-
batur, quia summa supremum angelorum, quem di-
cas intelligere omnia obiecta per decem tantum
species, verbi gratia. Tunc ita argumentor. Dato
quocumque angelo quantumcum perfecto, Deus
potest in infinitum creare angelos perfectiores ac
perfectiores: tunc, si creeret unum angelum perfe-
ctiorem illo dario, ille intelligeret per nouam species,
& si ita ordine quodam creeret decem alios, ultimus
intelligeret sine illa specie, atque adeo per suam sub-
stantiam: ergo non quod angelii sunt perfectiores,
eo cognoscunt per pauciores & vniuersaliores
species.

Opinio

*Opinione
D. Thomæ
nō viderice
rum.*

Opinio D. Thomæ , meo iudicio, certa non est: A quoniam , ut videbimus, facile soluuntur fundamēta omnia, quibus innititur. Quod si ex una parte dicatur cum D. Thoma , tot esse species Angelorum, quos sunt individua, & ex alia opinio D. Thoma intelligatur, ut quicumque excessus in perfectione inter Angelos sit satis, ut perfectiores intelligent per pauciores & vniuersaliores species, ut multi eam videntur intelligere , sanè incredibilis videtur. Cum enim sectatores huius sententia affirmit, in omnibus Angelis eam speciem intelligibilem, quæ repræsentat naturam quamvis specificam substantiam, repræsentare etiam individua omnia illius, affectionesque omnes , etiam contingentes , tam illius quam individuorum omnium, ac proinde in infimo Angelorum non plures species intelligibiles constituant, quam sint naturæ substanciales specificæ, quæ potest cognoscere, sanè cum ex sententia D. Thomæ multò plures sint species Angelorum, quam sint substancialium corporearum : species autem sint sicut numeri, ita ut nulla duas æquales sint perfectio- nes: innumerari erunt Angeli , qui res omnes corporales per vim tantum species intelligent, quod est incredibile: & cum eadem sit ratio, ut quod Angelis sunt perfectiores , eò plures species substanciales Angelorum cognoscant per eandem speciem intel- ligibilem, quæ est, ut cognoscant plures species substanciales rerum corporearum: tunc tertius Angelus in perfectione, incipienda ab infimo, intelligent cum minimum duos inferiores se per vim speciem, & quartus , tres inferiores se simili modo per vim speciem , & ita ascendendo: vnde sequetur, primum eorum, qui cognoscunt omnes species rerum corporearum per vim speciem, omnes etiam Angelos se in perfectione inferiores cognoscere per aliam, atque adeò tantum erunt in eo duæ species comparatione rerum omnium corporearum, & Angelorum, quos in perfectione excedit: qui ergo fuerit proximus, superiorque in perfectione, cognoscet substancialias omnes corporales, & omnes Angelos se inferiores per vim tantum speciem: vnde efficitur, ut in superioribus Angelis solùm habeat locum opinio D. Thomæ comparatione specierum intelligibilium superiorum Angelorum: quæ omnia creditu- sum difficilia. Adde, videri incredibile, semper in Angelo proximo in perfectione species solùm ita accrescere in vniuersalitate, ut quæ vim tantum species substancialis repræsentabat in inferiori, repræsentet duas in superiori , in mō multè plures repræsentabit, propter modicum excessum in perfectione, quem multæ species substanciales inter se habent: ut quæ leonem & equum repræsentabit, in Angelo inferiori, in superiori, repræsentabit etiam bouem, ceruum, & alias species affines.

Præterea , qua ratione duæ aliquæ species intel- ligibiles, diuisæ in Angelo inferiori, vniuntur in una aliquæ superiori in Angelo superiori, vniuentur etiam quæcumque aliæ duæ in vim tertiam: vnde fieri, ut si Angelus omnium infinitus intelligebat per triginta mille species , Angelus illi proximus superior in perfectione intelligat ad summum per quindecim mille , & qui huic fuerit proximus, per septies milie quingentas, & ita ascendendo. Vnde multò citius deuenienter ad Angelum, qui res omnes corporales, Angelosque omnes imperfectiores se, intelligent per vim speciem.

Præterea possumus interrogare sectatores huius sententia, num inter Angelos creatos aliquis singu- las species substanciales creatas intelligent per singu- las species intelligibiles : & credo id non negabunt,

Molina in D. Thom.

A saltē de infimo Angelo. Tunc petam, vel Deus de potentia absoluta potest creare alium imperfectio- rem, vel non. Non dabunt hoc secundum, quippe cū nullam videatur involvere contradictionem, quod Deus creat Angelum inferiorem infimo crea- to. Si verò dant primum, in infimo eorum Angelorum, quos Deus creavit, comparatione huius, quem Deus potest creare, non habebit locum opinio Diuī Thoma, ut quod Angelus perfectior sit per vniuersaliores species cognoscatur. Hæc & similia absurdā sunt, quæ sequuntur, si quis dicat, vnumquemque Angelum distingui specie à ceteris , & quemcumque excessum in perfectione sufficere, ut affirmandum sit, Angelum perfectiorem intelligere per pau- ciores magisque vniuersaliores species.

B *D. Thomæ
sententia qua
ratione de
finita pess.*

Quare, si opinio D. Thomas defendenda sit, di- cendum erit cum Ferrarensi 2. contra gentes capite 98. non quemcumque excessum in perfectione esse satis, ut Angeli superiores intelligent per pauciores & vniuersaliores species, sed certum & deter- minatum. Sicut etiam q. 12. art. 8. ostendimus, non quemcumque excessum luminis gloriae efficere, ut plura videantur in Verbo, sed certum & determinatum pro qualitate eorum, que vltius videnda sunt: tametsi quicumque excessus faciat, ut melius essentia diuina videatur, atque ut melius in ea videantur illa, quæ minori lumine videri possent. Si- cut enim animalia, quæ perfectiores sunt eò plures habent sensus: & tamen non quicumque excessus in perfectione est in causa, ut habeant plures sensus, sed certus & determinatus: quandoquidem multa sunt animalia inæqualia perfectione, quæ totidem habent sensus: ita dicendum erit in re proposita. Quod fit, ut iuxta hanc expositionem, non quicumque excessus sit satis, ut Angeli intelligent per pauciores & vniuersaliores species, sed magnus quidam, qualis est qui cernitur inter Angelos diuerlorū ordinum, aut etiam Hierarchiarum, si ordines & Hierarchiae etiam penes naturalia distinguuntur, ut vult D. Thomæ. Præterea, si dicamus multos Angelos esse eiusdem speciei, facilius adhuc defendetur opinio Diuī Thoma. Quamvis nec his omnibus modis intel- lectu certa sit, ut ex solutionibus fundamētorum, quibus innititur, erit manifestū. Præterquam quod per seipsum difficultis sit, nec modicā contineat difficultatē quæ cōtra cam obiciuntur, tametsi solvi possint.

C *Ad rationē
D. Thomæ ve
stī responden
dum.*

E Vnde ad rationem, qua D. Thom. suam conclu- sionem probat, dicendum est, perfectiona non in omnibus esse Deo similia, sed satis esse si similia ei- sint in perfectione essentiali: & si polleant intellectu, ut per eū sine etiam illi similia, quod plura & melius cognoscāt, quæm imperfectiora: nō verò in eo quod cognoscant per pauciores species: eò quod in vnumquodq; obiectū, quando non cognoscit in alio, in quo eminenter cōtinetur, eius sit natura, ut sibi vēdīt peculiarem speciem: cū species penes obiecta primaria distinguatur inter se species, neque duæ res diuerſæ omnino, vna & cadem similitudine repræsentari possint nisi illa repræsentet primò ali- quid, in quo illæ res eminenter continetur.

F *Ad primam
confirmatio
nem.*

Ad primam confirmationem dicendum est, Dio- nyssium loqui, non de cognitione naturali, sed de supernaturali per revelationem, quæ in superioribus Angelis magis vniuersalis est, hoc est, ad plura obiec- ta se extendens, eò quod multè plura diuinitas il- lis immotileant, quam in inferioribus. Reddit enim eo capite rationem, quare Pontifex noster Christus Angelus in Scriptura dictus sit, quia in nunciando & communicando scientiam inferioribus, supremis Angelis similis est, primūque locum tenet.

Ccc Secunda

Ad secundum.

Secunda confirmatio non aliud conuinicit, quam quemadmodum inter nos, qui acutioris sunt intellectus, per eisdem species, atque ex eisdem principiis, multò plura penetrant ac deducunt, quam qui hebetioris sunt intellectus: ita rem se habere in Angelis, ac proinde vniuersaliori scientiam, qua est in perfectionibus Angelis, non prouenire ex eo quod intelligent per alias, aut vniuersaliores species, sed ex eo quod nobilioris sunt intellectus. Vnde confirmation illa quadam ex parte retorqueri potest in D. Thomam, ut eam retorquet Scotus.

*Ad primum
Scoti contra
D. Tho. opin-
ionem.*

Qui defendere voluerit sententiam D. Thomæ, eo modo quo defendi posse diximus. Ad primum argumentum Scotti, negabit maiorem, si sit sermo de obiecto primario adequato, quod sit vnu quid. Sicut enim potentia visiva nihil vnum per se respicit, primò tamquam obiectum primarium adæquatum, sed immedieate respicit sub disunctione colorum et lumen: ita vna illarum vniuersalium specierum respicit primariò tamquam obiectum adæquatum multas naturas specificas sub disunctione, quarum qualibet, vel multis simul, poterit immedieate cognoscere, prout ad hanc, vel ad illam, vel etiam ad multis simul aduertetur, aut aduertere voluerit. Nonnulli ex seftatoribus D. Thomæ qui & singulos Angelos defendunt distinguiri specie à ceteris & quencumque excessum in perfectione essentiali arbitrantur esse scatis, ut Angelus perfectior cognoscatur per pauciores & vniuersaliores species, respondent ad argumentum Scotti, concedendo maiorem, & negando minorem, dicuntque vnicuique specierum vniuersalium respondere, tamquam primarium & adæquatum obiectum, speciem aliquam subalternam prædicamenti substantia cum omnibus speciebus infinitis & individuis sub ea cōtentis, & cum omnibus eorum affectionibus. At verò incredibile est tantū esse numerum specierū sub alternarum prædicamenti substantiarū, vt sufficiat ad hoc, vt tāta multitudo Angelorū specie differentiū inter se, intelligent per species habentes eo modo obiectum adæquatum, & semper quod Angeli perfectiores sunt essentialiter, intelligent per species pauciores. Addo, neque tales species subalternas prædicamenti substantia habere rationem obiecti adæquati primarij earum specierū intelligibilium: tum quod species aquae primò repræsentant naturam illam subalternam, gradus specificos, & individuantes, nec non affectiones omnes individuorum: tum etiam quod Angeli per eiu[m]odij species non cognoscere reliqua in natura subalterna tamquam in obiecto primario, sed vniuersumque gradum specificum & individualem cognoscere in ipsomet, eodemque modo quocumque accidet in ipsomet intelligenter, & non in natura subalterna subalterna.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum est, maiorem solum esse veram de rationibus intelligendi seu speciebus, que defumuntur ab obiectis: secus autē de illis quæ infunduntur à Deo, quales sunt species Angelorum.

Ad tertium.

Ad tertium seftatores D. Th. concedunt maiorem, & negant minorem. Ad probationem verò respondent, D. Thomam non negare intellectū posse simul intelligere multa per modum vniuersi: ea autem quæ per eandem speciem intelligibilem intelliguntur, non intelligi per modum multorum, sed per modum vniuersi. Nos etiam primo posteriorum cap. i. asservimus nullum esse absurdum intelligere simul multa per modum multorum, id quod q. 58. a. 2. etiā ostendemus. Obserua tamen, negandā esse maiorē argumenti Scotti. Cum enim vnaquæque species Angelorū repræsentet infinita individua, & in-

*Angelus, si
species ha-*

A finita accidentia, si Angelus posset elicere actum in intelligendi speciei intelligibilis adæquatum, posset actu cognoscere infinita, quod nulla ratione est conce-
dendum. Potentia namq[ue] finita, qua non cognoscit
obiecta in aliquo vno obiecto primario, in quo re-
liqua virtute continentur percipere nequit. Simul
infinita: eò quod, quod ad plura aduertitur, eò ad sin-
gula fit remissior aduertētia: & idcirco aduertere ne-
quit simul ad infinita. Dixi ostenta, qua non co-
gnoscit obiecta in aliis obiectis primario, &c. quoniam
alia ratio est, quodā no[n] continentur in vno obiecto
primario, in quo eminenter continentur, quo pacto
anima Christi in Verbo, & forte aliqui aliobeati, vi-
dent infinita, vt quæst. 12. art. 8. explicauimus.

Illud etiam obserua, iuxta sententiam D. Thomæ concedendum est, quod si Angelus aduertere sim-
mul posset ad omnia, quæ per eandem speciem po-
test cognoscere, illaq[ue] simul actu existeret, nō solum
cognoscere infinita, sed etiā omnium illorum haberet
vnicum actum intelligendi, formaretq[ue] vnicum con-
ceptum ac verbum, vt seftatores D. Thomæ conce-
dunt. Quare iuxta eandem sententiam dicendum
erit, quando Angelus superior per eandem speciem
cognoscere posset non solum multis naturas specificas
rerum corporearum, sed etiam partim rerū corporearū, & partim incorporearum, & ex eo de illis
formaret distinctos conceptus, quod modo ad has,
modo ad illas aduertetur, sicq[ue]; diuīsim eas intellige-
ret, rū conceptus illos, tum etiam actus intelligendi
esse eiusdem speciei inter se, vt patet: tum quia vna
& eadem causa tota efficiens, nempe intellectus &
illa species, concurreret ad eos actus intelligendi, &
conceptus producendos: ita etiā quia, si simul adu-
teret ad illas de uersis naturas specificas, eas omnes
cōciperet eodē numero actū intelligēdi, & eodē nu-
mero cōceptu, vt hi Doctores affirmat. At profectò
hoc quoque duram efficit opinionē D. Thomæ, durū
namq[ue] est cōcedere, si Angelus sc̄lum eō-
cipiat leonem, & alii Angelū, elicere cōceptus, &
actus intelligēdi eiūdē speciei, quibus eos cōcipiat.

Ad quartū, si nomine cognitionis habitualis in-
telligat Sc̄tor (vt intelligere videtur) habere spe-
ciē, qua possit id cognoscere, quod habitualiter co-
gnoscere dicitur, neganda est maior, si sermo sit de
speciebus, quæ nō defumuntur à rebus, sed tales in-
funduntur à Deo, vt vana simul repræsentet multa.

Ad quintum argumentum Aureoli neganda est
cōsecutio. Probatio verò procedit quasi nos affirmamus, omnes Angelos distinguiri inter se specie, & pre-
terea quencumque excessum in perfectione suffice-
re, vt Angelus perfectior cognoscatur per pauciores & vniuersaliores species, quod nos non affirmamus. Caetan. & Capreol. qui id affirmant, ad probationē concedunt, deueniendum esse ad angelum, qui intel-
ligat omnia alia se per vnam speciem: quando
verò sit vltiorius argumētum, Deus potest produce-
re alium angelum perfectiorem: id quidem conce-
dunt, sed quando inde inferunt: ergo ille intelige-
per pauciores rationes cognoscendi, arque adeo lo-
lum per suam substantiam, negant consequentiam:
quia tunc, inquit, Deus Angelo, qui intelligat po-
tiam tantum speciem, infundit aliam, qua intelligat
Angelum perfectiorem de noua creatum similius modo
infundens eateris Angelis inferioribus, neque enim habe-
bant species, nisi ad cognoscendas res de facto creatas, non
verò ad cognoscendas res, quas Deus potest creare &
preservare quas perfectiores effent rebus creatis, quaq[ue] dif-
ficiilius ob sui magnam perfectionem cognoscantur: &
idcirco, vt ab inferioribus Angelis cognoscantur, necel-
lēt, vt infuso peculiaris species eis fieret.

Q. A.